

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema CXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEMA CXXVI.

Syr. 41. circa finem.

*Ne timeas mortem, cogita à Domino sic ordinatum,
&c.*

D I S P O S I T I O.

Inter omnia huius mundi mala, mors est omnium terribilissimum. Et metus quoque mortis ipsa morte maior. Horret mortem ipse filius Dei, Match. 26. v. 39. Et Petro dicitur, Duxer te alius, quoniam non vis Joh.

Interim tamen semper suum ius exercet mors, in omnes. Consilium igitur suppeditat hoc loco sapiens, Mortem non esse timendam ultra. At consilium bonum non est, si non sine qui obtemperent. Itaque videndum, quibus rationibus mortus hoc persuadeat. Ut autem omnem istam rem rectius intelligamus: i. dicemus, quare mors omnibus formidabilis sit.

2. Audiemus rationes Syracidis, quare mortem non debamus exhorreescere.

I. Pars.

Naturaliter omnia viuentia horrent mortem. Quia vitam amant. Kein Würmlein so klein / es krümmt sich so rasch draufwirkt.

1. Ita etiam homines maxime vitam amant, quia DEVS ad vitam æternam condidit hominem, non ad mortem, Sap. 2 v. 23.

2. Mors non bona est per se, sed mala. Quia à Diabolo introducta, Sap. 1. v. 13. & 2. v. 24. Malum enim quicquid à Diabolo est.

2. Mors est pena. Et quidem peccati pena gravissima. Ideo non mirum, quod formidabilis. Pena enim metuenda omnibus, Psal. 90. v. 7 Ira Dei.

4. Et quia pena dolorem affert maximum. Soluit, diuellit & separat, coniunctissimos amicos, animam & corpus, & ceteros quoque, conjuges, parentes, &c. Non
Cc 3 dolor

dolor est maior quam cum violentia mortis unanimes
soluit corda ligata fide.

Ideo mortem haud immerito omnes exhorrescunt:
estque illa amara omnibus sua natura.

Decipiunt scipios nonnulli audaculi, qui se mortem
plane nihil extimescere garriunt. Dulce bellum inexperi-
tis. Wissen noch nicht wie sterben thut. Nisi enim aliter
instructi sint ex verbo Dei, sua temeritate non poterunt
mortis horrores vincere.

At verbum Dei instruictissimum Pharmacopolian, ta-
lia nobis profert antidota, quæ contra timorem & me-
tum mortis faciunt. Illa iam audiemus.

II. Pars.

Rationes, cur mox non formidabilis esse debeat, ad-
ducit, quibus multa adm̄dum occulit insinuare vult.
Vbi primo omnium notandum, quod tantum deciorum
morte loquatur. Nam in p̄i merito exhorrescunt mor-
tem quia post mortem incipiunt sentire tormenta. At de-
piis alia est ratio. Habent enim remedia contra horrores
illios mortis efficacissima.

I. Ratio hæc est quæ vel sola, insignia contra illum
metum moris continent antidota & remedia. Memento
à Deo siccisse ordinatum. Probe notanda hæc verba: quia
plura voluit insinuare sapiens, quam videntur hæc verba
præ se ferre.

Nullam hic mentionem facit peccati & supplicii, quod
sequitur peccatum Rom 6.v.23.

Non ait: Ihr habt wof beschuldigt. Ist der Sünden
straff? Hoc enim nihil consolationis adfert.

1. At ordinatum sic, inquit, à Domino. Quasi dicet: Mortem non creavit nec fecit Dominus, Sap. 1. v. 13. & 2. v. 14. sed ordinavit ad finem meliorem, postquam à Dia-
bolo fuit inuicta. Quomodo ordinari? Ut quidem mor-
iantur pri etiam, morte prima, hoc est, corporaliter,
sed non morte secunda, Ap. 21. vers. 8. id est, in ætermum.

Das

THEMA CXXVI. EX VET. TEST. 407

Das hat der Teuffel nicht so gemeint gehabt: sed voluit
eterna morte perdere omnes homines. Deus autem sic
ordinavit, ut moriantur quidem corporaliter, sed non in
eternum.

2. Et hoc clarius patet ex eo, quod additur, hoc ordinatum à Deo super carnem. Sicut expresse in Græco est,
hoc est iudicium carni tua à Domino.

Non, inquit, super hominem sic ordinatum, ut poenas
luat, sed tantum cato mori debet. Quod insinuare vult,
animam nec interire nec damnari, sed à Deo recipi, licet
carnem moriatur.

3. Id vero Christus effecit, ne anima cum corpore
perpetua morte percat. Is enim mortuus pro peccatis, ad
iustitiam resurrexit, Rom. 4 in fine Hinc factum, ut mors
credentibus sit somnus & quietes. Ioan. II. Apoc. 1. 4. Anima
autem illorum sit in manu Dei, sine tormentis, Sap. 3. v. 1.
Nec venient in iudicium, Joan. 5. v. 24. immo ne quidem vi-
debunt aut gustabunt mortem, Joan. 8. v. 51. & 52. Weil-
 nun Gott eis solche feine Verordnung gethan/ quæ nec
animæ nec corpori damnosa est, merito non horremus
vitra mortem.

II. Et tanto quidem minus: quod nihil nobis accedit
noui. Hæc enim via carnis vniuersæ, ut Jof. 23. v. 14. & I.
Reg. 2. v. 2. patet. Idq; explicat latius: tam eorum qui ante
nos fuerunt, quam eorum qui post nos futuri sunt. Si ordi-
nauit Deus, ut tot pij Patriarchæ, Reges, Prophetæ sunt
piè defuncti. So solum nichts besonders begehrēn/ re.

III. Occurrit etiam obiectioni. Dicunt multi, scio
mihi esse moriendum, nec cupio mihi parci. At post ali-
quot annos demum moriar: Es ist jetzt noch zu baldt.
Contra: voluntas Dei est, ut iam, hoc loco, hoc tempore,
&c. moriaris. Quid igitur renuis? Voluntati Domini non
resistere potes: ita nec deses. Es muß ein mälsens. Ideo-
que nil refert, quo tempore moriaris. Si mille annis viuas,
camen moriendum. Et quia moriendum semel, non dis-
putandum, quamdiu vixeris. Illa enim questio plane

Cc 4 - est

est superuacanca. Quia enim voluntas Dei semper optima est; certe iam bonum & commodum erit mori. *Se ehejebesser. So hallu es überwunder.*

Vt si huius loci per se manifestus est. Licet enim sua natura mors sit formidabilis; possunt tamē ex scripturis talia remedia adhiberi, ut celerius metus mortis. *Wie man den Kindern Arisenen für schrecken eingibt.* Et possunt his plura addi argumenta: De præsencia Dei in morte *Psal. 23. v. 4. Rom. 8. v. 15.*

De certa spe resurrectionis, *I. Cor. 15.*

De corporis glorificatione, *Ibid v. 42. & Phil. 3. v. 21.*
De vita eterna gloria. *Psalm. 16. in fine, I. Corinth. 2. v. 9.*
Et cetera.

F I N I S.

THEM A CXXVII.

Syr. 42. v. 15. & 16.

De bona fama: seu bono nomine.

D I S P O S I T I O.

Vide supra, prima Promptuarii parte, pag. 54. ex hoc loco & Prover. 22. v. 1. extactam Dispositionem.

Quod autem tibi est fama bona, hoc est Syracidi nomen bonum.

Et potest eadem hic esse quæ ibi Propositione.

1. Quid si nomen bonum

2. Quantus illud estimandum.

3. Quomodo acquiratur, conservetur vel admittatur.

I. Pars.

Nomen hoc loco non significat vel proprium illud, quod in Baptismo accepimus nomen, vel cognomen: sed significat aliorum & bonorum nam à bonis canum laudari laus: improborum iudicia non curanda) vitorum iudicium & sermonem de nobis. Multi non curant, quo cunq; vocentur nomine. Manentes sic gleich wie eisen sedien Hund / sicut Abisa vocat Semci, 2. Sam. 16. vers. 9.

vel